



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 De diffinitione virtutis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



Super Questionis  
quingagesimam  
et Articulum quar-  
tum.

In articulo 4. eiusdem  
quingagesimae  
questionis nota  
illa particula in  
definitione uirtutis  
posita, Quia nemo  
male uirtutem  
duplicitate  
exponit potest  
primò ut sonat  
& sic soli  
uirtuti formatae  
aut quae non  
potest esse  
infirmis, conuenit.  
contingit enim  
uirtute intellectuali  
practica, ut arte  
& moralis, ut  
temperantia,  
& infusa theologali,  
ut fide male uti  
etiam ut principijs,  
applicando eas  
ad actus proprios  
propter malum  
finem extraneum.  
Et quoniam nihil  
horum habet  
perfectam  
rationem uirtutis,  
ut infra dicitur,  
ideo sic  
intelligendo,  
soli uirtuti  
simpliciter  
perfectae  
haec particula  
conuenit.  
Secundò  
potest  
exponi  
limitate,  
ut infra  
in littera  
fit: ita quod  
male uti,  
importet  
actum  
proprium  
illius  
uirtutis  
esse, ut  
dicitur  
in  
responsione  
ad  
tertium:  
& sic  
ut  
in  
corpore  
articuli  
dicitur,  
haec  
particula  
conuenit  
omni  
uirtuti,  
& ponitur  
ad  
differentiam  
habituum  
qui  
sunt  
ad  
bonum  
& malum.  
& sic  
intelligendo  
diceretur,  
quod  
utens  
arte  
aut  
fide  
propter  
malum  
finem,  
non  
facit  
actum  
fidei  
aut  
artis  
malum,  
sed  
actum  
ordinantem  
illas  
facit  
malum:  
ac  
per  
hoc  
uirtute  
nullus  
male  
uirtutem,  
ut  
in  
principio  
mali  
actus,  
quæ  
uis  
male  
utatur  
ipsa  
principiante  
bonum  
actum  
ordinando  
ad  
extraneum  
malum  
finem:  
quod  
tamen  
est  
impossibile  
in  
uirtutibus,  
quæ  
non  
possunt  
esse  
informes:  
quia  
aut  
ordinantur  
in  
bonum  
aut  
desinunt  
esse,  
si  
ordinantur  
ad  
malum.

2. d. 27. ar. 2.  
& 3. di. 25. q. 1.  
ar. 2. q. 3.  
& ve. 1. q. 1.  
ar. 2. per 10.  
& ar. 9. ad 1.  
& 10. ad 11.

Ca. 3. in  
pr. to. 5.  
in 2. libro

Ca. 10. i. pr.  
to. 5.

In lib. de li.  
arb. c. 18. &  
19. 10. 1.

In regu. c. 3.  
pari a prin.  
& habetur  
to. 1. 8. verb.  
ap. ser. 15.

Colligit ex  
tra. 72. in  
Ioan. to. 9.

Ca. 18. & 19.  
& pr. retr.  
c. 9. 10. 1.

AD TERTIUM dicendum, quod  
tantiò ratio perfectior esse  
ostenditur, quantiò infirmitates  
corporis & inferiorum partium  
magis potest uincere, seu  
tolerare: & ideo uirtus  
humana, quae rationi  
attribuitur, in infirmitate  
perfici dicitur: non quidem  
rationis, sed in infirmitate  
corporis, & inferiorum  
partium.

ARTICVLVS IIII.

Utrum uirtus conuenienter  
distinguitur.

AD QVARTVM sic  
proceditur. Videtur, quod  
non sit conueniens  
distinguitio uirtutis, quae  
soli assignari, scilicet  
uirtus est bona qualitas  
mentis, quae recte uiuitur,  
quam Deus in nobis sine  
nobis operatur. uirtus enim  
est bonitas hominis: ipsa enim  
est quae bonum facit  
habentem: sed bonitas non  
uidetur esse bona, sicut nec  
albedo est alba: igitur  
inconuenienter dicitur,  
quod uirtus est bona  
qualitas.

¶ 2. Præter. Nulla  
differentia est communior  
suo genere, cum sit  
genus diuisiua: sed bonum  
est communius quam  
qualitas, conuertitur enim  
cum ente. ergo bonum  
non debet poni in  
distinguitio uirtutis, ut  
differentia qualitatis.

¶ 3. Præter. Sicut  
Aug. dicit in 12. de  
Trinit. \* Vbi primò  
occurrit aliquid quod non  
sit nobis pecoribusque  
commune, illud ad mentem  
pertinet: sed quaedam  
uirtutes, sunt etiam  
irrationabilium partium,  
ut Philosophus dicit in  
3. Eth. \* non ergo  
omnis uirtus est bona  
qualitas mentis.

¶ 4. Præter. Rectitudo  
uidetur ad iustitiam  
pertinere: unde iidem  
dicuntur recti & iusti.  
sed iustitia est species  
uirtutis: inconuenienter  
ergo ponitur rectum in  
distinguitio uirtutis,  
cum dicitur, Quia recte  
uiuitur.

¶ 5. Præter. Quicumque  
superbit de aliquo, male  
utitur eo: sed multi  
superbiunt de uirtute.  
dicent enim Aug. \* in  
regula, quod superbia  
etiam bonis operibus  
insidiatur, ut pereant.  
falsum est ergo, quod  
nemo uirtute male  
utatur.

¶ 6. Præter. Homo per  
uirtutem iustificatur: sed  
Aug. \* dicit super illud  
Io. Maiora horum faciet.  
Qui creauit te sine te,  
non iustificabit te sine te.  
inconuenienter ergo  
dicitur, quod uirtutem  
Deus in nobis sine nobis  
operatur.

SED CONTRA est auctoritas  
August. ex cuius uerbis  
praedicta distinguitio  
colligitur, & praecipue  
in 2. de libero arbitrio.

RESPON. Dicendum, quod  
ista distinguitio perfecte  
completur totam rationem  
uirtutis. Perfecta enim  
ratio uniuscuiusque rei  
colligitur ex omnibus  
causis eius. Comprehendit  
autem praedicta  
distinguitio omnes causas  
uirtutis: causa namque  
formalis uirtutis, sicut  
& cuiuslibet rei accipitur  
ex eius genere &  
differentia, cum dicitur,  
bona qualitas, genus enim  
uirtutis qualitas est,  
differentia autem bonum.  
esset tamen conuenientior  
distinguitio, si loco  
qualitatis, habitus  
poneretur, qui est  
genus propinquum.  
uirtus autem non habet  
materiam ex qua, sicut  
nec alia accidentia, sed  
habet materiam circa  
quam, & materiam in  
qua, si subiectum.  
Materia autem circa  
quam est obiectum  
uirtutis, quod non potuit  
in praedicta distinguitio  
poni, eo quod per  
obiectum determinatur  
uirtus ad speciem,  
hic autem assignatur  
distinguitio uirtutis in  
communi. unde ponitur  
subiectum loco cause  
materialis, cum dicitur,  
est bona qualitas mentis,  
sicut autem uirtutis,  
cum sit habitus  
operatiuus, est ipsa  
operatio.

Sed notandum, quod  
habituus operatiuus  
aliqui sunt semper ad  
malum, sicut habitus  
uiciofus: alii qui uerò  
quandoque ad bonum,  
& quandoque ad malum:  
sicut opinio se habet  
ad uerum & falsum,  
uirtus autem est habitus  
semper se habens ad  
bonum, & ideo ut  
discernatur uirtus ab  
his, quae semper se  
habent ad malum,  
dicitur, Quia recte  
uiuitur, ut autem  
discernatur ab his,  
quae se habent  
quandoque ad bonum,  
quandoque ad malum,  
dicitur, Quia nullus  
male utitur. Causa  
autem efficiens  
uirtutis infusa, de qua  
distinguitio datur,  
Deus est, propter  
quod dicitur, Quam  
Deus in nobis sine  
nobis operatur, quae  
quidem particula,  
si auferatur,  
reliquum  
distinguitio  
erit commune  
omnibus  
uirtutibus  
& acquisitis,  
& infusis.

AD PRIMVM ergo  
dicendum, quod id  
quod primo cadit in  
intellectu, est ens: unde  
unicuique apprehenso  
a nobis attribuitur  
quod sit ens, & per  
consequens quod sit  
unum & bonum, quae  
conuertuntur cum ente.  
unde dicimus quod  
essentia est ens & una  
& bona, & quod  
unitas est ens & una  
& bona, & similiter  
de bonitate. non autem  
hoc habet locum in  
specialibus formis,  
sicut est albedo &  
sanitas. non enim  
omne quod apprehendimus,  
sub ratione albi &  
sani apprehendimus.  
Sed tamen  
considerandum, quod  
sicut accidentia &  
formae non  
subsistentes dicuntur  
entia, non quia ipsa  
habeant esse, sed  
quia eis aliquid  
est: ita etiam dicuntur  
bona uel una, non  
quidem aliqua alia  
bonitate, uel unitate,  
sed quia est eis  
aliquid bonum, uel  
unum. sic igitur  
& uirtus dicitur  
bona, quia ea  
aliquid est bonum.

AD SECVNDVM  
Dicendum, quod bonum  
quod ponitur in  
distinguitio uirtutis,  
non est bonum commune,  
quod conuertitur  
cum ente, & est in  
plus quam qualitas,  
sed est bonum  
rationis: secundum  
quod Dionysio dicit  
in quarto capitulo  
de Diui. nomi. \*  
quod bonum animae  
est secundum  
rationem esse.

AD TERTIUM  
Dicendum, quod  
uirtus non potest  
esse in irrationali  
parte animae, nisi  
in quantum participat  
rationem, ut dicitur  
in 1. Eth. ¶ & ideo  
ratio siue mens est  
proprium subiectum  
uirtutis humane.

AD QVARTVM  
Dicendum, quod  
iustitia est propria  
rectitudo, quae  
constituitur circa  
res exteriores, & in  
usum hominis  
ueniunt, quae sunt  
propria materia  
iustitiae, ut infra  
patebit: sed  
rectitudo quae  
importat ordinem  
ad finem debitum,  
& ad legem  
diuinam, quae est  
regula uoluntatis  
humane, ut supra  
dictum est, ¶ communis  
est omni uirtuti.

1p. q. 50.  
Et 3. q. 7.  
ca. cor.  
dist. 3. q.  
4. Et ue.  
14. artic.  
17. Et ue.  
1. art. 3.  
11. 43. c.  
11. 12. de  
1. ca. 38.  
1. tom.

q. praece.  
4. & q. 4.  
1. 1.

11. 116. 1. 2.

proceden.  
tic. a.

AD



AD QUINTVM dicendum, q[uo]d uirtute p[ot]t aliq[ui]s male uti tanquā obiecto, puta, cū male s[er]u[er]e de uirtute, cum odit eā, uel superbit de ea: nō autē tanquā principio uis, ita, s[ed] quōd malus sit actus uirtutis.

AD SEXTVM dicendum, quōd uirtus infusa causatur in nobis a Deo sine nobis agentibus, non tamē sine nobis consentientibus: & sic est intelligendum quod dicitur, Quam Deus in nobis sine operatur. q[uo]d uerō per nos aguntur, Deus in nobis causat, nō sine nobis agentibus, ipse enim operatur in omni uoluntate, & natura.

QVAESTIO LVI.

De subiecto uirtutis, in sex articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de subiecto uirtutis.

ET CIRCA hoc queruntur sex.

¶ Primo, Vtrum uirtus sit, in pot[en]tia animae, sicut in subiecto.

¶ Secundo, Vtrum una uirtus possit esse in pluribus potentiis.

¶ Tertio, Vtrum intellectus possit esse subiectum uirtutis.

¶ Quarto, Vtrum irascibilis & concupiscibilis.

¶ Quinto, Vtrum uires apprehensiuas sentiat.

¶ Sexto, Vtrum uoluntas.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtus sit in potentia animae, sicut in subiecto.

AD PRIMVM sic proceditur. Vt, q[uo]d uirtus non sit in potentia animae, sicut in subiecto. Dicit enim Aug. in 2. de lib. arb. \* quōd uirtus est qua recte uiuitur, uiuere autem non est per potentiam animae, sed per eius essentiam. ergo uirtus non est in potentia animae, sed in eius essentia.

¶ Praet. Philosophus dicit in 2. Eth. \* Virtus est qua bonum facit habentem, & opus bonum reddit; sed sicut opus constituitur per potentiam, ita habēs uirtutem constituitur per essentiam animae, ergo uirtus non magis pertinet ad potentiam animae, quam ad eius essentiam.

¶ Praet. Potentia est in secunda specie qualitatis, uirtus autem est quaedam qualitas, ut supra dictum ē; \* qualitatis autem non est qualitas, ergo uirtus non est in potentia animae, sicut in subiecto.

SED CONTRA. Virtus est ultimum pot[en]tiae, ut dicitur in 1. de celo: \* sed ultimum est in eo, cuius est ultimum. ergo uirtus est in potentia animae.

RESPON. Dicendum, q[uo]d uirtutem pertinere ad pot[en]tiam animae, ex tribus potest esse manifestum. Primo quidem ex ipsa ratione uirtutis, qua importat perfectionem pot[en]tiae: perfectio autem est in eo cuius est perfectio. Secundo ex eo, quōd est habitus operatiuus, ut supra dictum est: \* omnis autem operatio est ab anima per aliquam pot[en]tiam. Tertio ex hoc, quōd disponit ad optimum: optimum autē est finis, qui uel est operatio rei, uel aliquid consecutum per operationem a pot[en]tia egredientē. unde uirtus humana est in pot[en]tia animae, sicut in subiecto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd uiuere dupliciter sumitur. Quandoque enim dicitur uiuere ipsum esse uiuentis, & sic pertinet ad essentiam animae, qua est uiuenti essendi principium. Alio modo uiuere dicitur operatio uiuentis, & sic uirtute recte uiuitur, inquantum per eam aliquis recte operatur.

AD SECVNDVM dicendum, quōd bonum uel

A est finis, uel in ordine ad finem dicitur: & ideo cum bonum operantis consistat in operatione, hoc etiā ipsum, q[uo]d uirtus operantē bonū facit, refertur ad operationem, & per consequens ad pot[en]tiam.

AD TERTIVM dicendum, quōd unum accidens dicitur esse in alio sicut in subiecto, nō quia accidēs per se ipsum possit sustentare aliud accidens, sed quia unū accidens inhaeret substantiae mediante alio accidente, ut color corpori mediante superficie: unde superficies dicitur esse subiectum coloris, & eo mōdo pot[en]tia animae dicitur esse subiectum uirtutis.

ARTICVLVS II.

Vtrum una uirtus possit esse in pluribus potentiis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q[uo]d una uirtus possit esse in duabus potentiis. Habitus enim cognoscuntur per actus, sed unus actus progreditur diuersimode a diuersis potentiis, sicut ambulatione procedit a ratione ut dirigente, a uoluntate sicut a mouente, & a pot[en]tia motiua sicut ab exequente. ergo etiam unus habitus uirtutis potest in pluribus esse pot[en]tiis.

¶ Praet. Philosophus dicit in 2. Eth. \* quōd ad uirtutē tria requiruntur. scire, uelle, & immobiliter operari: sed scire pertinet ad intellectum, uelle ad uoluntatem. ergo uirtus potest esse in pluribus potentiis.

¶ Praet. Prudentia est in ratione, cum sit recta ratio agibilia, ut dicitur in 6. Eth. \* est etiam in uoluntate, quia non potest esse cum uoluntate peruersa, ut in eodem lib. \* dicitur. ergo una uirtus potest esse in duabus potentiis.

SED CONTRA. Virtus est in pot[en]tia animae sicut in subiecto, sed idem accidens non potest esse in pluribus subiectis, ergo una uirtus nō potest esse in pluribus pot[en]tiis animae.

RESPON. Dicendum, quōd aliquid esse in duobus, contingit dupliciter. Vno modo sic, quōd ex quo fit in utroque, & sic impossibile est unam uirtutem esse in duabus pot[en]tiis: quia diuersitas pot[en]tiarum attenditur secundum generales condiciones obiectorum, diuersitas autem habituum secundum specialia. unū ubique est diuersitas pot[en]tiarum, est diuersitas habituum: sed non conuertitur. Alio modo potest esse aliquid in duobus, uel pluribus, non ex aequo, sed ordine quodam: & sic una uirtus pertinet ad plures pot[en]tias, ita quōd in una sit principaliter, & se extendat ad alias per modum diffusionis, uel per modum dispositiōis, secundum quod una pot[en]tia mouetur ab alia, & secundum quod una pot[en]tia accipit ab alia.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uo]d idē actus non potest aequaliter & eodē ordine pertinere ad diuersas pot[en]tias, sed scdm diuersas rōnes, & diuerso ordine.

AD SECVNDVM dicendum, q[uo]d scire praerogatur ad uirtutem moralem, inquantum uirtus moralis operatur secundum rationem rectam, sed essentialiter in appetendo uirtus moralis consistit.

AD TERTIVM dicendum, quōd prudentia realiter ē in rōne sicut in subiecto, sed praesupponit rectitudinem uoluntatis sicut principium, ut infra dicitur. \*

ARTICVLVS III.

Vtrum intellectus possit esse subiectum uirtutis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quōd intellectus nō

¶ Super quas quinquagesima extra articulum tertium.

¶ In arti. 3. quaest. 56. Omnis duobus primis, dubium occurrit de sensu & ueritate.

D. 445.

Inf. q. 60. a. 5. cor.

c. 4. tom. 5.

c. 5. to. 5.

c. 13. in 5.

D. 1041.

D. 775.

D. 695.

1173.

D. 49.

ar. 1. eq. & q. 57. ar. 4.